Istuc furtum scio cui factum ē nunc mihi si uis dare dimidium
Inditium domino non faciam. is mihi nihil ēt respondit
Quid inde æquum ē dari mihi dimidium. uolo ut dicas.
Gri Immo hercle ēt amplius nam si non dat domino dicundū censeo
Tra Tuo consilio faciam. nunc aduorte animum nāq̄ hoc om̄e attinet ad te
Gri Quid factumst. Tra uidulum istum cuius ē noui ego hominem
Iampridem. Gri quid ē. Tra et quo pacto perit. Gri at ego quo pacto
Inuentū st scio & qui inuenit hominē noui et dn̄s qui
Nunc est scio. nihilo pol pluris tua hoc q̄ q̄ti illud refert mea
Ego illum noui cuius nūc est tu illum cuius antehac fuit
Nunc homo feret a me nemo ne tu te spes potius non ferat
Si dominus ueniat dn̄s huic nemo ne frustra sis nisi ego
Nemo natus est hunc qui coepi in uenatu meo. Tra ita ne uō.
Gri Ecquem esse dices in mari piscem meum quos cū capio siquidem
Cepi mei sunt hēo pro meis nec manu asserunt. neq̄ illinc
Partem quisquā postulat. in foro palam omnes uendo pro meis
Venalibus. mare quidem cōmune certo ē omnib. Tra assentio
Qui minus hūc cōmunem queso mihi esse oportet uidulum
In mari inuentum est cōmune ē. Gri ne impudent' impudens
Nam si istuc ius sit quod memoras piscatores perierint
Quippe cum extemplo in macellum pisces prolati sient
Nemo emat suam quisq̄ partem piscium poscat sibi
Dicant in mari cōmuni captos. Tra quid ais impudens
Ausus et comparare uidulum cum piscib eadem tandem
Res uidetur. Gri in manu est non mea ubi demisi retem atq̄ hamum
Quicquid hesit extraho meum qd̄ rete atq̄ hami mei
Nacti sunt meum potissimum ē. Tra immo hercle haud est
Siquidem quod uas excepisti philosophe. Gri tu nunq̄
Piscatorem uidisti uenefice uidulum piscem cepisse aut
Protulisse ullum in forum: non enim tu hic quidem occupabis omnis
Quaestus quos uoles et uitorem & piscatore te ēē impure postulas
Vel te mihi monstrare oportet piscis q̄ sit uidulus: vel quod
In mari non natum est neq̄ hēt squamas ne feras. Tra qui tu
Nunq̄ audiuisti esse ānhac uidulum piscem. Gri scelus
Nullus est. Tra immo est profecto. ego qui sum piscator scio
Vero raro capitur: nullus minus sepe ad terram venit

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20225r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20225r)